

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Disputationes Chirurgicæ Selectæ**

**Haller, Albrecht von**

**Lausannæ, MDCCCLV.**

**VD18 90538943**

Vorwort

**urn:nbn:de:gbv:45:1-16605**



ALBERTI HALLERI  
AD QUARTUM VOLUMEN  
DISPUTATIONUM CHIRURGICARUM

P RÆFAT I O.

Aucis te volo, Lector benevole. Atque pri-  
mo publice gratias ago cl. viris REICHAR-  
TO, EHRLICH, HEINZE & WIL-  
LICHIO, Medicis omnibus, quorum humanitate de-  
siderata aliquæ disputationes ad me pervenerunt. FER-  
RENII etiam saepe laudata verba, quæ pars sunt duo-  
decim quæstionum medicarum, tandem accepi, & rari-  
tatem PETITIANARUM epistolarum tantam esse cre-  
didi, ut mererentur, etiam lingua nativa conservata,  
huic collectioni addi. Deinde, si quæ bona notæ dispu-  
tationes his voluminibus non continentur, excusationem  
spero, quod nihil plenum sit, nihil undique perfectum,  
nihilque omnino sit inexpectatum a quo judici, sive sa-

†

por



## P R A E F A T I O.

por meus aberraverit, sive ipsa illa egregia disputatio  
mibi non innotuerit, neutrum enim vitium quisquam  
evitaverit. Denique fere inutilem cautelam tamen pre-  
cibus dedi honestissimi bibliopolæ, ut ridiculam calum-  
niam avertam, quæ spargitur, & has chirurgicas  
theses innuit, unice ex Gottingensi exemplare recusas  
esse. Gottingæ certe anatomicas disputationes edidi,  
quarum nulla hic recuditur, ab his nostris chirurgicis  
totas undique diversas. Volumen quintum & ultimum  
prodibit vere proximo. BERNÆ die 1. Decembr. 1755.

X C I I I.

D I S S E R T A T I O  
M E D I C O - C H I R U R G I C A ,

D E

C A L C U L I S I N L O C I S I N U S I T A T I S N A T I S  
E T P E R V I A S I N S O L I T A S E X C L U S I S .

*Quam Praefide*

D. A B R A H. V A T E R O, P. P.

*Tuebatur*

J O H. A U G. S C H U L Z E ,

F R E Y B E R G A - H E R M U N D U R U S .

Wittenbergæ 30 Maii anno 1741.

*Tom. IV.*

C

